



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo


Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Civitas Angelorum. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)

*Civitas Dei; super omnes alias amabilis &
desiderabilis.*

Quām dilecta tabernacula tua, Domine, virtutum! Psal. 38.
O quam amabiles, ac desiderabiles sunt cœlitum habi-
tationes! Quām misera terra habitacula, quam fœlicia
celestia! Misericordia Mundi à se me repellit, fœlicitas cœli
me attrahit. Beatus ille, qui vitam præsentem ut miser-
iam, & solum futuram & fœlicem apprehendit! Beatus,
qui spernit omnia hæc temporalia, & magni solum æsti-
mat æterna! O Beatum illum, qui dicere potest: Quia
habitatio mea in cœlo est, In cœlum mente ascendendo, Socrati:
Solem hunc, Solumque despicio.



PARADISUS,

Civitas Angelorum.

Civitas Angelorum; aut per naturam;
aut per gratiam.

Substantiæ Angelicæ, perfectissimæ, & puræ spirituales
Sunt Angeli ex naturâ suâ: & animæ nostræ sunt
Angeli per gratiam, ipsis quippe Angelis in gratiâ &
punitate assimilati debent. Quapropter consultus S. Am-
brosius, dicens: Esto Angelus, sequendo mandata Dei, S. Ambros.
Divinæ obediendo voluntati: & cum fuerit Angelus, in Psal.
vidabis fidem Dei.

Beati im-
macul.

Civitas Angelorum, non propter beatas
animas duntaxat, verum etiam propter
corpora gloriofa.

Beatorum insuper corpora Angelis ipsis erunt si-
milia: Seminatur corpus animale, & surges spirituale.
L 2 Et

Et quidem similia erunt, non in natura; sed primo in
punitate, quia, ut ait Christus D. N. Beati in cœl.
Matth. 12. non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei.
Sine ulla passione sensus & carnis. Secundo, in vita, qua
non vivent vita corruptibili, & cibi materiali indigant,
immortali & incorruptibili, quia erunt lucida & impul-
sibilia, subtilia & penetrabilia, veluti Angeli.

XVIII.

*Civitas Angelorum, ubi per Beatos
reparabuntur ruina Angelorum
rebellum.*

Cecidere Angeli, & eadem dotati Gloria, easdem quo-
quas illi occupabant sedes concedent homines. Quo-
Apoc. 6. 21. de causa dixit S. Joannes in Apocalypsi: *Mensura tem-
nis, quæ est Angelorum, quia homo subintrant in locum Angelorum.*
Haim. Numerus hominum salvandorum, ut non nulli ratione
æqualis erit numero Angelorum damnatorum.

XIX.

*Civitas Angelorum, Zelatorum ani-
marum.*


Cuncti cœli Incolæ ac cives perfunguntur munera
Angelis proprio, quod est zelare & procurare salutem
animarum. Omnes enim precantur: *Vindica, Domine,
sanguinem Sanctorum tuorum, simulque expetun regnum tui.*
S. Aug. Et onus non peccatorum, sed peccati & regni peccatorum
S. Paul. ut crescat Regnum Christi, & amplius se extendat laus
Apost. ejus gloria, & *Deus sit omnia in omnibus.*

XX.

*Civitas Angelorum numero alios Beatos
excedentium.*

S. Aug. 503. Quia, juxta dictum D. Augustini, est major pars ci-
tatis, lebetis Civitatis, & ceteri beatores, quia nunquam progressi sunt. Et
l. 11. de Ci. *lebetis Civitatis, & ceteri beatores, quia nunquam progressi sunt.* Et
vit. c. 9.

Et dicere intendit Sanctus Doctor, duas ob causas Paradisum condecorari tali titulo: primus, quia Angelorum multitudine longe major est in celo, quam erit multitudo animalium beatarum: etenim secundum regulam S. Dionisi, qui sunt perfectiores in specie, in majori etiam numero a Deo producti sunt: secundus, quia Angeli beati nonquam ob peccatum se separarunt a Deo, quemadmodum homines se separarunt; sed semper perseverant in gratia, & in amore Dei.



PARADISUS,

Objectum desiderij.

XXI.

Obiectum desiderij excedens quodcumque aliud desiderium.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, Psal. 41.
Quia desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam & apparebo ante faciem Domini? Et hic est terminus desiderij: Hoc est, quod sitio: venire & apparere ante conspectum Dei. Sitio in cursu, satiabor in adventu; sitio S. Aug. in existens peregrinus, satiabor, cum sueto civis.

XXII.

Obiectum desiderij, forte & potens.

Cervus in cursu velocissimus est, & eò magis, postquam occidit serpentes: Peremptis serpentiibus ad fontes S. Aug. l.c. acius currit. Taliis debet esse curius & desiderium animæ: Non sit tarditas in currendo: impigre curro, impigre desidera fontem, mactando etiam peccatorum serpentes: Consume serpentes iniquitatis, tunc amplius desiderabis fontem veritatis.

L 3

XXIII.